redundat in ipſam. et in eum qui de ea natus eſt Jeſum chriſtū. viderit veſtre beatitudinis ſapientiſſima deuotio. Nō qꝫ multiplicatiōem feſtiuitatū apud vulgus qđ de labore manuū viuere habet ſuadeamus eſſet vtinā apud tales huiuſmodi numerus feſtiuitatū minor. ſicut in reformatōe hic in cōcilio notatū eſt. ſed apud eccleſiaſticos et de eccleſiaſticis talia loquimur. dū de celebritate virginalis cōiugij Joſeph cum maria. vel de ipſius felici tranſitu fieri ſolennitatē exoptamus. Ad quid iſta? Quatenus ita marie meritis et interceſſione tanti tā qꝫ potētis et imperioſi quodāmodo patroni/apud ſponſam ſuam. de qua natus eſt Jeſus qui vocatur xp̄s. reddatur eccleſia vnico viro vero et certo ſummo pontifici ſponſo ſuo vice chriſti. Nosqꝫ deniqꝫ ſinguli/deo renaſcamur/felici natiuitate/hic ꝑ gratiā et in futuro per gloriā que eſt natale ſanctorū Intercedēte te et ſi fas eſt dicere/quodā iure tuo iubente glorioſiſſime Joſeph vir marie. de qua natus eſt Jeſus qui vocatur chriſtus.

Iſti ſex verſus ſequentes ſunt quaſi pro triplo. ad carmen illud. xvi. verſuum Venerat illa dies/qui ponūtur in tertia conſideratōe ſermonis.

Felix illa dies/toto celeberrima mundo.
Sacra docens leta/qua ſcandit ad ethera virgo
Mater/et angelicos ciues ſuperuolat omnes
Huc tibi virgo Joſeph. Jeſus et tua ſpōſa ꝓpinquū
Credere fas ſtatuunt ſolium. tales ob honores
Concinimus/facite nobis hec gloria detur.

Alma redemptoris mater. cui lege ſuperna.
Vir iuſtus virgoqꝫ Joſeph cum virgine nupſit
Da celebrem/dignumqꝫ tuo pſoluere cultum
Coniugio/fac nos purgatis ſordibus omnes
Poſſe deo iungi/fidei qui federe puras
Deſponſans animas. diuino germine complet
Portio nature. preſtantior eſſe Maria
Creditur/hec celis/hec mundo dignior ipſo.
Gratia nam ſuperat naturam/gratia que ſe
Diuidit in reliquos. iſtam fontaliter implet.
Que clauſit gremio/quem totus non capit orbis.
Olim/nam celi gabriel feſtinus ab arce.
Preradians alacer/totus iocundus in ipſam
Nazareth. vrbem galilee mittitur/illic
Deſponſata viro/dauidis de ſtirpe/Joſeph qui
Dictus erat/clauſo reperitur virgo Maria
Oſtiolo/cui dixit aue/cui gratia plena
Cui tecum dominus/gabriel que verba ſalutis.
Virgo ſilens cogitat/animo turbata quouſqꝫ
Nuncius archanum. diuo ſermone retexit.
Hoc natura ſtupet/ſtupet hocqꝫ ioſeph reputās ſe
Myſterijs tantis indignū/voce modeſta
Clamat/id vnde mihi quis ſum? te deprecor a me
Mox exi domina/nec enim mihi nubere tecum
Fas video/dum multa Joſeph trepidus cogitaret
Soluitur in ſomnū/cui iuſſio celica dixit
Aude clare Joſeph vxori trade virum te.
O nimiū dilecte deo/cui ſponſa frequenter
Blanda Jeſum gremio poſuit/fidenter adimus
Hunc thronum/reſidet vbi gratia ſaluificās nos.

# ¶Proſa in circūciſione domini

Mira Joſeph iuſti virtus/laus mira/mariam
Cui deus vxorem ſociat/mirare ſacratum
Fecundum prolis cum virginitatis honore
Coniugiū/faber o mirus/cui ſubditur vltro
Auroram et ſolem qui fabricat/huncqꝫ benigno
Nominat ore patrē tali quoqꝫ gaudet alumno.
¶Regia ſtirps et ſacra Joſeph te reddit ab ortu
Claris inſignem titulis/te leta decenter
Pauperies manuūqꝫ labor nutriuit/ob inde
Strennuus ⁊ liber ac pſalmo teſte beatus
Hinc vxor tua/tecum ſicut vitis abundans
Te dominū/ſponſumqꝫ vocat. nos redde beatos

## ¶Carmen. eiuſdem. de di

uerſa immunitate a peccato chriſti ⁊ matris ſue.

Noſtrā dignatus naturam ſuppoſitare
Filius eterne ſaluificare volens
Circulus vt fieret coniūxit ad ima ſupremū
Virginis eſſe satus abſqꝫ viro voluit.
Virgo caret culpa peccati/pena remanſit/
Natus vtrumqꝫ tenet attamen impariter
Virgo neceſſaria nature lege ſubiſſet
Culpam/ni dominus ſanctificaret eam.
Sed caruit chriſtus prima ſub origine culpa/
Peccati/penam ſponte ſubire volens.
At penis ſubiecta fuit nō ſponte maria
Quāuis virtutis traxit ad obſequium.
Indiguit redimi/non filius/ergo redemptam
Perfecte fieri/matris honor voluit.
Copula legitima fuit/et ſemen benedici
More ſacro potuit/feſtus et eſſe dies.
Omnis eam virtus primo decorauit ab ortu
Certatim dotes quelibet accumulat.
Edocuit noſter ſermo vulgaris idipſum
Totam qui pulcram magnificauit eam.

## ¶Proſa in circunciſione

domini compoſita per predictum egregiū doctorē/ que cantatur in cantu. Veni ſancte ſpiritus:-

¶Apparuit hodie/mira virtus gratie que deum cir cuncidit Nomen ei celicum nomen ⁊ ſaluificum. qđ eſt Jeſus indidit:-

¶Nomē ſalus homini/ nomē quod os domini. ab eterno nominat. Dudum matri numinis hoc ⁊ ſpō ſo virginis/angelus denunciat:-

¶Tu nequam vim zabuli/ tu peccatum ſeculi/ no men ſacrum ſuperas Jeſu noſtrū precium Jeſu ſpes merentium/mentes ſalua miſeras:-

¶Quod deeſt in homie. ſupple tuo nomine. quod

eſt ſalutiferum. Tua circunciſio/cordis ſit preciſio. efficax cauterium:-
¶ Sanguis fuſus ſordidos/lauet/riget aridos/ meſtis det ſolatium: Anni nunc initio bono pro encenio/da te Jeſu premium:- · Amen.

¶ Fratres igitur chariſſimi/ad Mariā exultantes/ ſic deuote iubilantes dicamus vna pariter:-
¶ O maria maris ſtella. alma celorum regia In huius mundi procella. Ad nos virgo te inclina:-
¶ Nunc gaudeas ac letare/que meruiſti portare deum roſa ſpecioſa ſuper roſam tu formoſa:-
¶ Tu es roſa ſingularis/ſola roſa tu vocaris. Tu lilium ꝛ viola: Gaude plena fauis ſuauis:-
¶ Blanda caris/nulli grauis. Cordi noſtro coniūgaris/mentem noſtrā alloquaris. fac vt ſpernamus friuola:-
¶ Gaude vernans paradiſus/in qua viget noſter viſus de quo ſurgit flos decorꝫ. de qua fluit fons amoris et omne quod eſt optimum:-
¶ Gaude dulcis philomena. cuius vox amore plena. tua ſuauis cantilena. laus ſanctorum eſt amena. et gaudium angelicum:-
¶ Gaude roſis coronata/omni flore purpurata. ante thronum o decora/ dulcem prolem pro nobis ora vt ſe nobis det in premiū:- · Amen ·

¶ Dulcis virgo atqꝫ mater: quam elegit deus pater Aue plena gratia. Tuum natū ora chriſtum. vt coronet chorum iſtum. in perenni gloria:-
· Amen :-

# ¶ Incipit Centilogium de conceptibus Magiſtri Johannis Gerſonis Cancellarij Pariſieñ. et eximij profeſſoris in ſacra pagina:-

¶ Sequitur prohemiū.

Conceptum de virgine magnificantes et implorantes cum illa que mente prius q̄ꝫ carne cōcepit. Cuius nomē ſanctum/ qui de ſe per ſalomonē loquit̄ in perſona ſapiētie Necdū erant abiſſi et ego iam cōcepta eram. Agemus pauca de cōceptibꝰ obediētes conſilio Jeſu filij Syrac. Precurre autem inquit prior in domū tuam et illic aduoca te. et illic lude et age conceptiones tuas: non in delicijs. et verbo ſuperbo. Sic agebat aſſidue illa/ cui dictū eſt per angelum. Ecce cōcipies in vtero ꝛ paries filiū. Nam cōſeruabat oīa verba de filio/ conferēs in corde ſuo. Conferēs

et cum virginali ſponſo ⁊ cuſtode ſuo Jo
ſeph Sepeq́ʒ reiterās canticū ſuū nouū.
Magnificat anima mea dn̄m. Procede/
mus p verba centū. ⁊ ptes octo. propicijs
Jeſu Joſeph et Maria.

# Primum verbum.

Onceptus in ſua generalitate/ di
cit actus cōcipiētis in vtero pro/
prio vel alieno ad diffuſionē /ſeu
cōmunicatōem bonitatis p amorē. Sic
ɔceptus prout ⁊ generatio reperitur in om
ni re ſicut ⁊ amor ſcḋm dioniſiū. Hinc orit
illa nature deſcriptio. ꝙ eſt vis inſita reb
ex ſimilibꝰ ſimilia procreās vel concipiēs
¶ Conceptus entis/eſt primꝰ omniū cō
ceptuū. quos cōcipit primus deus. ſit ad
intra ſit ad extra. Ad intra quidē de filio.
Ex vtero ante luciferū genui te. hic ens pn
cipiū de principio. De creaturis vero loq
tur per ꝓphetā. Portaui in vtero meo ⁊ ge
ſtaui a vulua ſeu matrice mea Jſaie. xl. Et
in geneſi. he ſunt generatōnes celi et terre
¶ Cōceptio entis primi actiua nō eſt ni/
ſi deus ipe concipiēs/ſit ad intra ſit ad ex/
tra. Sed cōceptio paſſiua dicit ipſa res
cōcepta ſit ad intra ſit ad extra. Nec opor
tet ponere in creaturis cōceptōem eſſe re/
latōem mediā realem inter deū concipien
tem pductōe ⁊ rem cōceptā ſeu productā.
Eſſet eni talis relatio creatura dependēs
cum nō eſſet creatrix eſſentia. Et ſi nō eēt
ſua dependētia pceſſus eſſʒ infinitus aut
equalr ſiſteremꝰ in pma dependētia crea
ture. Cōceptio in diuinis actiua q̄ eſt pa/
ter concipiēs. dicit ſcḋm poſitiōem aliquo/
rū diſtingui ſe ipſa a conceptōne paſſiua
que eſt filius. Sic de ſpiratōne actiua et
paſſiua diceret. Que ſpiratio nō eque p/
prie vel vſitate cōceptio nominat. nec ali/
quo modo generatio dici debet ſed ſpira/
B. tio. ¶ Conceptus entis in vniuerſali rex
vtero. ſicut ⁊ amor incitās ad concipien/
dum multiplex inuenit. Diuinus Ange/
licus/rōnalis Animalis vitalis ⁊ pure na
turalis ¶ Conceptus entis relatꝰ ad pri
mū concipientē deū/ſemp eſt bonus/pul
cer nobilis/⁊ generoſus. nec aliter eſſe po
teſt. Secꝰ ſi fiat relatio ad creaturas. que
concipiūt et concipiūtur pſertim ſi ratio/
nales ſint et libere/cōceptus eni peccato/
rūʒ ſunt ignobiles/degeneres ⁊ ſpurij ſeu
baſtardi ¶ Conceptꝰ diuinus interior p
mus eſt ⁊ ſolus ⁊ neceſſariꝰ. Ceteri ſunt tē
pales. quia nihil in eternū niſi ſolus deꝰ/
contra platonē ſpecialiter et alios philo/
ſophos. imo ⁊ theologos quoſdā qui vni
uerſalia etiā realia poſuerūt eterna Quos
⁊ regula fidei et pariſieñ. damnat articulꝰ
Quicq̇d enim eſt vel eſt creatura vel crea
trix eſſentia. Eternū autē nihil eſt niſi de/
us vel in deo. In quo certe nihil eſt quod
nō ſit deus. ¶ Conceptus creaturaꝝ tot
modis varia nobilitate. q̄t modis in ſua
pfectōne ⁊ bonitate ⁊ cōcipiendi manerie
diſtinguit. Ita ꝙ nomē Jeſu ſcḋm huma/
nitatē primū eſt ⁊ ſuperexaltatū Deinde no
men Marie matris ſue. Deinde ſunt an/
gelorū nomia ſcḋm hierarchias ordinata.
Lucifer vero ceterorūq́ʒ noīa ſcḋm ſubſtan
tie ſue claritatē/nomia ſunt dei. ſed ab eis
per priuatōem lucis gratie deformata ſeu
cōtenebrata vileſciūt ¶ Conceptus quan
to ſunt intimiores ⁊ intra manētes tanto
ſunt pfectiores ⁊ ecōtra ceteris paribus q̄ʒ
ɔceptus extra prodeūtes queadmodū di
uinus cōceptus eſt prorſus immanēs et
conſubſtātialis Ceteri ſunt in creaturis p
reſpectū ad deū velut extra prodeūtes. tan
q̄ʒ noīa ſeu voces ⁊ verba dei. Sūt etiā in
ter ſe diuerſi realr etſi fuerint intra manē/
tes ſunt ſepe accn̄tales. Quicq̇d ſit de po
nentib ꝙ eētia rōnalis aīe germiat ſuas
vires ⁊ potētias cōſubſtātiales cuiuſmōi
ſunt intellectꝰ ⁊ volūtas q̄s eē accn̄tia ɔna
turalia q̇dā tradūt ¶ Cōceptꝰ pmi ɔcipi/
entis ad extra nō pt totalr eē equiuocꝰ nec
penitꝰ vniuocus ſed analogꝰ dici pt ꝓpter
aſſilatōnē aliquā ad formā entis/ quā cō
municat pmꝰ ɔcipiēs/vel ex nihilo vel ex
vtero materie prie. vel ex vtero obediētial
potētie q̄ latior eſt in oī re. ¶ Cōceptꝰ en/
tis tāto nobilior eſt atq́ʒ generoſior q̄nto
plus habuit de actualitate ⁊ minꝰ de potē
tialitate q̄ tribuit materie. Secꝰ de poſſi/
bilitate virtuali q̄ forme tribuit q̄ quāto ē
multiplicior tāto eſt vnitior ⁊ p pauciora
ſuā ɔſeq̄ns pfectōeʒ. Cōtra de multiplici
tate ex materia ɔſurgēte ¶ Cōceptꝰ habiti
de dō poſſunt ſub ordīe q̇ntuplici notari.
Primꝰ eēntialiū. ſpectantiū ad eē. Scḋs
eēntialiū ſpectātiū ad actōes vt itellectua
litas. volūtas Tertiꝰ obiectorū vt intelli/
gibile volibile Quartꝰ eēntialiū ſpectātiū
ad pſonas. vt intellectus potens p intelli
gibile adequatum. Et voluntas volibile

infinitũ. Quintus eſt cõſurgens ex prio
ri ordine vt ſcilicet ydentitas. Equalitas
Similitudo Et quia totũ neceſſariũ pre
cedit poſſibile eſſe intelligamus ex iſtis p
ducta intelligibilia et volibilia adextra/
qualia cõtinet ratio deitatis: nõ ſicut ſub
iectũ paſſionẽ ſed ſicut cauſa effectuꝫ ſub
triplici genere cauſe. quas in deo ſemꝑ co
incidere neceſſe eſt q̃ ſunt. Efficiens For/
malis/ nõ intrinſeca ⁊ rei cõſtitutiua/ ſed
exemplaris. et finalis cauſa

## ¶ Secunda partitio

de cõceptibus anime rationalis vel homi
nis in ſpeciali:

Conceptõẽs in oĩ̃i creatura repi
biles repiũtur in hoĩe qui propte
rea dicit omnis creatura ſeu minor mun/
dus De ſunt cõceptõẽs intellectualis ſcꝫ
Ratõnis Anĩalis vitalis ⁊ pure natural'.
Equiuoca inſuꝑ virtute ⁊ analoga libera
quoqꝫ ⁊ ſeruilis. moralis deniqꝫ ⁊ artificia
lis. ¶ Conceptus cognitiui formalit' de
quib' ſolis deinceps erit ſermo. cum affe/
ctiuis ſunt in triplici genere ſm tres anĩe
ratõnalis vires ſeu potẽtias principales
in vtero ſuo. q̃ ſunt mens ſupior pria Ra/
tio vel ſenſus interior ſcõa. Et ſenſus exte
rior tertia. ¶ Conceptõẽs in ventriculis
anime rõnalis ſolent geminos fruct⁹ ſeu
cõceptus afferre. Quoniã aliqui ſunt co/
gnitiui vel apprehẽſiui. Aliȷ̃ vero affecti/
ui. Concipe autẽ dicit' quaſi ſimul capere ⁊
intelligere quaſi int⁹ legere ⁊ repire in me/
moria. quaſi iteꝝ parere. ¶ Conceptiões
in vtero ſenſus exterioris ſunt in genere
quintuplici ſcõm quod habet vterus iſte
quinqꝫ ſinus pricipales quos dicim⁹ Ui
ſum Auditũ Olfactũ Guſtũ Tactuꝫ. de q̃
bus nõ eſt hic dicendũ ꝑ ſingula vt ſi ſen
ſus ſint eiuſdẽ ſpeciei in oĩbus ꝑfectꝭ ani/
malibus Et q̃ ſunt propria cuiuſlibet ſen
ſus obiecta cũ ſimilib' ¶ Cõcept⁹ exterio
res iſtoꝝ ſenſuũ. talẽ hñt ꝓmitatẽ ⁊ coor/
dinatiõeꝫ ad reliquos interiores nobilio
res/ ꝙ nequeũt abſqꝫ ipſis gigni Quoniã
oĩ̃is noſtra cognitio ⁊ diſciplina intelle
ctiua fit ex p̄exiſtẽte ꝯgnitõe ſenſitiua ſm
phm. qui dat hoc ſignũ. Quia deficiente
nobis vno ſenſuũ a natura. deficit ⁊ noti
cia propria de ſenſibilib' illius ſenſus:
¶ Cõceptus exterioris ſenſus in ſuis q̃nqꝫ
ventriculis ſunt inicialès. ⁊ quaſi ſubſtã/
tiales. reſpectu cõceptuũ ſupiorum. vnde
prodeũt oĩ̃es philoſophice cõceptiões
quas in tria genera diuidim⁹. Naturaleꝫ
Ratõnalem Moralẽ. Quarũ ſunt multe
ſpecies a philoſophis ordine miro tradi/
te. Ut ſub naturali Metaphyſica de eſſen
tiȷ̃s reꝝ Mathematica de numeris ⁊ figu
ris Phyſica de motib'. Sub ratõnali ſeu
ſermocinali grãmatica. logica. rhetorica.
Sub morali Ethyca iconomica Politi/
ca. Quibus addite ſunt cõceptiões artiũ
mechanicarũ varie. nec hic numerãde:
¶ Conceptus exteriorũ ſenſuũ nequeũt fie
ri ꝑ reflexionẽ cõcipientis ſupra cõceptũ
ſuũ. Non enĩ eſt ſenſus virtus. ſupra ſe re
flexiua. Sicut oculus non videt ſe vide/
re/ nec auris audit ſe audire. et ita de reli/
quis. Sola enĩ virtus intellectiua ſe ſu/
pra ſe ꝑfecta reditõe reflectit ⁊ reducit. Quõ
maxime pꝫ in intellectu prĩo qui deus eſt
vbi monas gignit monadẽ. et in ſe ſuum
reflectit amorẽ. que reductõ ꝑfecta eſt. nec
aliter eſſe poteſt ne ſit ocioſa ¶ Concept⁹
exteriorũ ſenſuũ. ſicut ſunt ſimplices abſ
qꝫ compoſitõne enũciatiua. Ita nulla eſt
in eis falſitas. qualis in cõceptibus ꝯple
xis ⁊ iudicialib' inuenimus. Et ita viſus
aſpiciens baculũ in aqua nõ fallitur. ſed
fantaſia vel ratio. ſi iudicet ipm fractum.
Cõceptio in matrice quinqꝫ ſenſuũ ſem
ꝑ eſt naturaliter pulcra. quia modũ habet
ſpeciem ⁊ ordinẽ prout alie res oĩ̃es que
nõ producũtur. abſqꝫ numero pondere ⁊
menſura. et hec dicitur veritas vel nobili
tas naturalis indelibilis reſtante. Sec⁹
de veritate complexa ſigni ſignificãtis ad
placitũ per operatõnem intellectus:
¶ Conceptões ſenſuũ exteriorũ dant oc
caſionẽ frequẽter ſenſui interiori et ratio
ni vel menti iudicanti ꝙ errent in ſuis cõ
ceptibus vt falſi deformes monſtruoſi et
ignobiles falſitate ſciliꝫ ſigni/ et deformi
tate viciȷ̃ et hoc p ſtatu nature poſterius
deſtitute. nõ ꝓmitus inſtitute quomodo
homo nõ fuiſſet deceptus nec vigilãs nec
ſomniãs/ domino prouidẽte/ ⁊ intellectu
regulante/ reſpectu oĩ̃ium potentiaꝝ in
tota generatõne cõceptuũ ¶ Conceptus
exteriorũ ſenſuũ ſunt ſimplices. ⁊ exp̃imẽ
tales geniti naturali neceſſitate ab obie/
ctis ſuis propriȷ̃s/ vel cõmunib'/ actuali
ter manentib' per ſpecies ſuas impreſſas
etiã dum obiecta pereunt vel ſubtrahunt'

Exempla ſunt plurima de ſono et de viſi-
bilibus radioſis. ¶ Conceptiones exte-
riorum ſenſuū iudicantur falſe turpes et
diſtorte ex tribus principaliter/quoꝝ pri
mū eſt indiſpoſitio organi vel ventriculi
quo fit conceptio. Alterū eſt indiſpoſitio
medij ꝑ quod ſpecies obiectoꝝ trāſeūt ad
ſenſus. Tertiū eſt diſtantia obiectoꝝ ꝑ ꝓ
pinquū vel remotū improportionata.

## ·J· ¶ Sequitur tertia

partitio. De cōceptib⁹ interioꝝ ſenſuum

C Onceptiōes plures ⁊ nobiliores
fiunt in ſcđo aīe rōnalis vtero ĩte-
riori organico/ſicut traditōes q̄s
recipit a ſenſatōib⁹ tanq̄ꝫ ſemina/ſunt ſpi
ritualiores/ et potētia cōcipiens illic am-
plioris virtutis eſt. Utrū vero ſola ratio-
nalis anima ſit ſubiectū inheſionis oīm
conceptuū ſuorū vel totū ꝯpoſitū ex orga
no ⁊ anima ꝓbleuma videt̄ prout de ſub-
iecto materialiū accidentiū. Dicūt aliqui
ꝙ ſolam materiā informāt q̄uis totū cō-
poſitū denominēt. Sic viſio que cauſat̄
ab anima rōnali vtiqꝫ indiuiſibili. inhe-
ret ſibi ſoli q̄uis totū oculū vel hoīem vi-
dere denominet. ¶ Conceptōes interio-
res et organice/q̄uis fiant originalr̄ ⁊ ra
dicalr̄ a corde. tn̄ perficiunt̄ in cerebro. ve
lut in triplici ventre. ſm̄ tres capitis ꝑti-
culas aut cellulas. Quarū anterior q̄ ma
ior eſt cōtinet vim ſenſus cōmunis cum
imaginatiua. Scđa vero q̄ mediocris eſt
cōtinet formatiuā. ſeu cogitatiuā. cū eſti-
matiua. Tertia vero poſterior ⁊ minor cō
tinet retentiuā cū memoratiua. Dicūtur
alijs nomib⁹. Sinciput. occiput. interci-
put. ſeu mediū in capite. ¶ Conceptiōes
ſenſus cōmunis. ſunt tot ſimul quot fiūt
per ſenſus exteriores ſingulos. etiā in ani
malib⁹ ꝑfectis. Ex quibus cōceptionib⁹
alie ⁊ alie pullulāt imagines ⁊ forme ꝑ aſ-
ſociatōes ⁊ cōbinatōes varias factas tam
in ſenſu cōmuni q̄ꝫ in fantaſtica ⁊ eſt eſtia
tiua virtute Quod ingeniatū eſt a natura
ꝓpter ꝑcreatōem neceſſarioꝝ ad vitā. Duꝫ
nō habent anīalia ꝑfecta alimentū cōiun
ctū ſicut plante vel animalia ſolū tactū ha
bentia. ſicut patet in conchis ⁊ oſtreis:-
¶ Conceptōes virtutis formatiue cū eſti
matiua ꝓcellunt in multiplicatōe ꝯceptu
um etiā in brutis ſup virtutē ſenſus ꝯmu
nis/quia multiplicius ſeꝑare ⁊ cōiunge-
re pñt imagines cum intentōibus ⁊ vtraſ-
qꝫ adinuicē per vim eſtimatiuā que ex ſen
ſatis elicit inſenſata. vt ouis ex figura lu-
pi elicit inimiciciā. Niſi dicamus hoc pu
re naturaliter fieri quemadmodū ab igne
fugit aqua in lignis viridibus/et exterio-
res ſenſus qui ſimplices ſunt horrent cō-
traria per nature ſenſus vel naturalez in-
ſtinctū. ¶ Conceptōes in hoc ventriculo
medie cellule cerebri poſſunt ꝯturbari in
brutis ⁊ plus in hominib⁹ ex cōturbatōe
prioris cellule qua priori non īpedita po
teſt nihilominus iſta ſecunda multiplici
ter cōturbari vt nō cōcipiat vel eliciat ni-
ſi monſtruoſos ꝑtus/maxime dū accipit
rerum ſimilitudines ꝓ rebus veris adex-
tra vt facit ſomniās. Poteſt inſup ventri
culus tertie cellule cōcludi/ne pariat mēo
rando exiſtentibus primis ſanis ¶ Con ·K·
ceptōes in vtero fantaſie brutorū anima-
lium ⁊ irrationaliū. variātur per diuerſas
induſtrias ex variatōne complexionū ar-
monicarū adeo ꝙ perueniūt ad rationis
induſtrias quodāmodo percipiēdas. Iu
xta regulam Dioniſij/ꝙ ſuprema inferio
rum iungūtur infimis ſuperiorū. ¶ Cō-
ceptus irrationaliū nō ſunt nobiles vl' ig
nobiles formaliter quia nō habent vt ho
mines coniunctā rationē per quā regula-
ri poſſint aut debeant. ſed impetum mo-
tiōis obiectalis inſequūtur et pulcri ſunt
vt ira in cane et in vulpibus aſtutia:-
¶ Conceptōnes in ſecundo ratōnalis ani-
me ventriculo plus ꝑ auditū diſcipline ⁊
nobilius multiplicātur. q̄ꝫ per alios ſen-
ſus q̄uis viſus in ſe ſit nobilior q̄ꝫ audi-
tus ¶ Conceptōnes vltime ⁊ poſterioris
cellule cerebri que memoratiua dicitur ſu
mūtur cum circunſtātia preteriti. Et illic
ſpecies quaſi ſopite dicuntur niſi fuerint
excitate per vias ingeniatas a natura vn-
de fantaſmata fluūt ⁊ refluunt de cellulis
anterioribus et medijs in poſtremā ⁊ ecō
tra. ¶ Conceptus formari poſſunt ab
anima ratōnali mediante ſpiritu anima-
li/qui eſt proximū anime inſtrumentū in
cellulis cerebri et hoc rebus ad extra non
ita ſenſatis/ſicut cōcipitur mons aureus
et colores medij in nubibus et yride/im-
mo ⁊ quidditates ſubſtantiaꝝ per diſcur
ſum et reſolutiōem ſic formātur in ventre
ratōis q̄r ꝓ ſtatu vie non intuitiue cernūt̄
Alioqn itellect⁹ cognoſcerꝫ panē nō eē in

hoſtia conſecrata ¶Conceptus poſſunt
gigni ab aĩa rationali in cellulis cerebri
qui propter cõiunctõem rõnis ⁊ imperiũ
eius dicerent̃ liberi non intrinſece ſed de/
noĩatiue. quorũ aliq̃ ſunt nobiles ⁊ actus
impati virtutũ. Alij ignobiles viciorum.
¶Cõceptões naturales ſeu ſermocinales
de qualibet ſciẽtia pñt formari in cellulis
cerebri per verba exteriora ad placitum ſi
gnificãtia cũ nutib⁊ et ſignis/ queadmo/
dũ videmus in plurib⁹ qui garriũt de di/
uerſis ſciẽtijs de q̃bus intelligũt proprie
nihil plus q̃ ceci de coloribus. quales di/
cebat apuleius philoſophari ſolis aurib⁊
Et de q̃bus accipi põt dictũ xpi ſumptũ
a pphetis q̃ audiẽtes nõ intelligũt Tales
phs vocat incontinẽtes tempe paſſionis
qui loquũtur empediocleas id eſt ſenten/
tias graues q̃s mente non ſentiũt prout
ebrij et pueri ex ſola fantaſia multa dicũt
⁊ alij multi q̃ carent iudicio rationis.

## ¶Sequitur quarta

partitio ¶De conceptu entis in ſpeciali

Conceptio entis ſimplex. pm⁹ eſt
inter oẽs cõceptus/ tam in deo q̃z
in creaturis In deo quidẽ. duz pr
cõicat eſſe ſuũ et eſſentiã. que idẽ eſt filio.
Et ipſe cũ filio cõicat ſpũiſancto In crea
turis autẽ cõicatur pus eſſe. que cõicatio
eſt quoddã cõcipe. his quidẽ clarius. his
autẽ obſcurius ¶Conceptus ſimplex en
tis eſt primũ pricipiũ incõpletũ apõ vtẽ/
tes rõne vel intellectu. Nec aliquid vere ⁊
ſincere cõcipit̃ niſi reſolutõ fiat. ad hoc eẽ
¶Conceptus ſimplex entis ſincerus ⁊ eli
citus nõ habet̃ in via natural̃r et de cõi le/
ge. niſi p multas abnegatões ⁊ reſolutões
factus ab intellectu. q̃ fundat ſe in hoc lu/
mine diuino ſignato ſup eum. quo omne
impfectũ neceſſario reducit̃ ad perfectũ. ſi
cut potentia ad actũ. et priuatõ ad habitũ
¶Conceptus ſimplex entis/ recipit̃ mul/
tiplicit̃ in ſe Et in paſſionib⁊ ſuis primis
que ſunt. vnũ. verũ. bonũ. pulcrũ. nedum
intellectualib⁊ rõnalib⁊ et cognitiuis/ ſed
ſuo modo general̃r in oĩb⁊ creaturis
¶Cõceptus ſimplex entis in viatorib⁊ hoĩ/
bus recipi pt ⁊ gigni tot modis quot mo
dis in ceteris q̃buſlibet creaturis vñ cõci
pi poteſt ens prĩo natural̃r ſicut amor et
bonitas. Secũdo potẽtialiter vt memo/
ria meminit ſui ſm Auguſt. Tertio habi/
tualiter ſicut p habitũ adquiſitũ vel infu
ſum. Quarto obiectal̃r p ſpẽs pprias ſen/
ſibiliũ. Quinto obiectal̃r per ſpecies alie
nas componendo diuidẽdo ratiocinãdo
abſtrahendo. Sexto ſpecial̃r in hoĩe per
noĩa ad placitũ ſignificãtia Tandẽ intui
tiue in patria ¶Cõceptus ſimplex entis
genitus p intellectũ viatoris in vtero pu/
re intelligẽtie ſi diu pſiſtere poſſet ſine cõ
mixtõne vel inuolucro ſolicitudinũ fan/
taſmatũ ⁊ cõcupiſcẽtiaꝝ ille merito ſince/
ra veritas diceret̃/ ⁊ agalma pulcerrimũ et
precioſe margarite claritas fulgens in mẽ
te Et talem appellabat augu. pro ſtatu vie
ſincerã veritatẽ que mox inſtar coruſcatõ
nis vt illuxerit/ reſorbet̃ ⁊ inuoluit̃. nube/
culis fantaſmatũ. ſi nõ ſtabiliat̃ mens.
¶Concept⁹ ſimplex entis accipit̃ hic in via
de cõmuni lege nõ intuitiue/ ſꝫ ſeptẽ alijs
modis in genere ſcꝫ per expientiã ⁊ reſolu
tionẽ ſeu depuratiõem quinqꝫ modis/ et
duob⁊ p impoſitõem ⁊ autoritatẽ ſeu fidẽ
alteri⁹ ſeminãtis ¶Cõceptus ſimplex en
tis acceptus p expientiã eſt aliquãdo pu/
re vagus et cõfuſus. vt hoc ens q̃ꝛ q̃ dicit
hoc ens dicit ens. imo et qui dicit nõ ens
dicit ens. ⁊ ita de ſilib⁊ entis acceptionib⁊
cũ impfectõne vt ens in potẽtia/ ens ana/
logũ ſm quid ⁊ cõtingẽs creatũ. ⁊ depen/
dens. ¶Cõceptus ſimplex entis accept⁹
p abſtractõem ⁊ reſolutõem purior eſt ⁊ de
terminatior q̃ precedẽs. Et hꝫ q̃tuor gra
dus. Un⁹ eſt dũ accipit̃ ens cõiter ⁊ analo
gice. ad ens creatũ ⁊ increatũ. Scḋs ẽ ad
ens increatũ. ⁊ ſubam creatã Terti⁹ eſt ad
ens creatũ carens ipfectõe q̃licũqꝫ Quar/
tus eſt ad ens ſimplex vnũ ⁊ pfectum quo
nihil maius ſeu meli⁹ cogitari poteſt. ve/
rũ eſt q̃ pſuppoſita fide pñt haberi conce
ptus altiores etiã p intelligẽtiã de beatiſ/
ſima trinitate. ⁊ per affectõem anagogice
ſublimatã de torrente voluptatis fontis
vite. ¶Cõceptus ſimplex entis habitus ·D·
per impoſitõeꝫ. vt apud philoſophos vel
per fidem vt apud xpianos ſignificat ⁊ re
pſentat aliquid quicq̃d illud ſit quo meli
us cogitari nõ poteſt ⁊ hec eſt ꝯgnitio q̃d
nominis/ ſeu quid nomẽ ſignificat cum
qua ſtat. ignorantia vel dubietas/ ſi res ſi/
gnificata ſit aut quid ſit. Sꝫ nequaq̃z dũ
habet̃ cõceptus rei p intelligẽtiã nedũ in
tuitiue ſꝫ abſtractiue mõis dict ¶Cõcept⁹
ſimplex entis iſte quo mai⁹ cogitari nõ pt

dicit pelagus quoddã eſſentiale infinitũ
ſm damaſc. quod neceſſario eſt eſſe ſuum
ꝛ ſolũ neceſſe eſſe ꝑ eſſentiã ꝛ vnum et ve-
et pulcrũ. ꝛ bonũ. Cetera autẽ oĩa ꝑ ꝑtici
pationẽ ꝛ quandã imitatõis analogiam.
Et ſunt hec ita certa de deo apõ illos qui
concipiũt reſolutiue purũ eſſe. ꝙ dubita/
re nõ poſſunt. quia ſunt ꝑ ſe nota intelle/
ctis terminis taliũ. Nihilominꝰ teneat re
gula dioniſij ad gaium ꝙ ſi quis videns
deũ intellexit qd vidit/ nõ ipm cõtempla/
tus eſt ſed aliqd eorũ ab ipſo exiſtentiũ et
cognitorũ/ hoc verũ eſt de cõmuni qꝛ nõ
videt intuitiue hic ꝛ nũc. ¶ Cõceptꝰ ſim/
plexentis nullo modo põt eſſe verus bo/
nus ꝛ pulcer niſi caracteriſatus ſeu ſigilla
tus ꝛ formatus et quodãmodo viuificatꝰ
ſit ab ente prio ſimplr quo maius excogi
tari nõ poteſt. cuius nomẽ eſt vnicũ. ſan/
ctum ꝛ bñdictũ in ſecula ¶ Cõcurrũt au
tẽ in ieſu duo noĩa prima ꝛ ſupma. Unũ
increatũ qd eſt ipm eſſe puruꝫ dei ſibi ſoli
cõprehenſibile Aliud creatũ. quod eſt hu
mana natura q ſicut eſt ꝑfectiſſima creatu
rarũ. ſic eſt nomẽ exaltatũ ꝛ magnificatuꝫ
ſuꝑ oĩe aliud nomẽ ¶ Sortitur autẽ de
us plura nomĩa ꝑ negatiõem intellectus
prout in opuſculo de modis ſignificandi
habet dici. Deus ſm Bonauẽturã in bre/
uiloqo dicit lux. vt eſt ratio cognoſcendi
oĩa/ dicit ſpeculũ. vt eſt ratio cognoſcẽ/
di viſa et approbata. Dicit exẽplar vt eſt
ratio cognoſcẽdi ꝑdiſpoſita. dicit liber vi
te vt eſt ratio cognoſcẽdi ꝑdeſtinata ꝛ ap
probata. Eſt igit liber vite reſpectu reruꝫ
redeuntiũ. Exẽplar vt exiſtentiũ. Specu
lum vt euntiũ. Lux reſpectu oĩm Et ad ex
emplar ſpectat ydea verbũ ars ꝛ rõ. Idea
ſm actũ preuidẽdi. verbũ ſm actũ propo
nendi. ars ſm actũ ꝑſequendi. Ratio ſm
actuꝫ ꝑficiendi quia ſuꝑaddit rõem finis
vel intentõem. Cognoſcit inſuꝑ ꝯtingẽ/
tia infallibiliter Mutabilia imutabiliter
futura pñtialiter/ tẽꝑalia eternaliter quia
per ſeipm eſſentialiter.

n. ¶ Sequitur quinta partitio de conceptibus complexis.

C c Onceptus cõplexi quos orõnes
dicimꝰ. capiunt euidentiã ꝛ quaſi
vitam imortalẽ ꝛ eternã perviuifi
catõem entis primi ſimplicis. ſm triplex
genus cauſe efficiẽtis. formalis vel exem/
plantis ꝛ finalis. Recipiũt vt ab efficien
te vnitatẽ/ modũ ꝛ menſurã. Recipiũt vt
ab exemplãte ſeu formãte ſpẽm numerũ ꝛ
veritatẽ. Recipiũt vt a finiente ordinem
pondꝰ ꝛ bonitatẽ. Ex qbus oĩbꝫ neceſſa
rio ꝯſurgit pulcritudo de qua laudat pul
cerrima mulierũ in canticis canticorũ.
¶ Conceptus cõplexi quos dicimꝰ rõis. di/
cunt ꝑ ſe noti/ dũ ꝯceptus ſimplices ex q
bus cõponunt apprehẽſi/ reddũt primus
complexionẽ euidentẽ in lumĩe rõnis in/
tellectiue vt de quolibet eẽ vel nõ eſſe. cui
nõ contigit intellectis terminis diſſenti/
re. Tales vtiqꝫ ſunt cõmunes animi cõce
ptões/ ꝛ ebdomades/ ꝛ prĩe impſſiones ꝛ
pria principia. ¶ Conceptus cõplexi di/
cunt euidẽtes. q recipiũtur ab intellectu
nõ ſolũ a ſuꝑiori ꝑ lumẽ intelligentie. ſed
etiã ab inferiori ꝑ certitudinẽ ſenſualis ex
perientie. vt ꝙ ignis eſt calidus ꝛ ꝙ abſin
thiũ eſt amarũ. ¶ Conceptꝰ cõplexi om
nes medij dicunt qui nõ recipiũt euiden/
tiã. niſi ꝑ reductõeꝫ ſeu reſolutõeꝫ ad ꝯce
ptꝰ expimẽtales ꝑmos l ſcđos. q dicũt cõ
cluſiões. ſic habet i pria phĩa ꝛ i prudẽtia
ꝛ arte. ꝛ in oĩ ſciã Et hoc nõ itelligit de co
gnitõne dei q nullatenꝰ eſt diſcurſiua aut
ꝯpoſitiua nec de angelica cognitõe quã
